

obitu Iudee Sandi usque ad absolutum Talmud. Sed hujus confecti Operis epocha incerta, cum ali⁹ sūceptum Talmud Jerosolymitanum paulo post obitum Iudee autuaverint; Babylonicum verò non nisi 100. annis serius digestum est. Alii ejus exitum componunt cum tertio saeculo Ecclesia, alii cum quarto, alii cum quinto. Pater Morinus non nisi ante exitum octavi saeculi elucubratum defendit.

s. Vide Basnag.  
bif. Jud. 1.10.  
G. 2. N. 22.

Hos Doctores Misna Interpretes excipiunt Seboraimi, i.e. Doctores dubii, sive incerti, quorum etiam incerta epocha ob Persarum Regis, ut quidena ferunt (<sup>t</sup>), persecutionem. Post obitum Iudee Sandi, Schola & scientia, ut supra animadversum, in Transeuropatia circa medium tertii saeculi transmigrarunt. Octava classis est Sapientum Geonim, vel excellentium; quo se titulo distinxerunt Doctores Babylonii, agentes Soræ, Pondebitæ, Nahardæ, & alibi usque ad annum 1037. Ultimum tandem classem habent vulgares Rabbinii, apud Iudeos hodi⁹ usque agentes iis in locis, ubi Religionis sua liberum exercitium obtinunt. Porro tota horum Rabbinorum gens in tres sedes distinguitur, in Rabbanitas, Cabalistas, & Caraitas, quorum singulis pecularis est agendi ratio. Rabbanista inharent traditionibus & interpretationibus, contendentes traditiones omnes in Talmude relatas à Moysi in monte Sinai instruto derivatas proflixisse, non secus ac Legis doctrinam; quare eodem autoritate gradu, quo Legem ipsam, recipiunt. Cabalista latens cuiusdam & mysticæ scientia arcana custodiunt, quod scilicet sub verbis quibusdam, verborum luctibus, supputationibus, atque ad arbitrium excoigitatis literarum confinium affinitatibus compendiisque sibi traditum sibi reteratum affirmant. Caraita literam Legis scripta præ ceteris tenent; traditiones verò non indiscriminat omnes admittunt rejiciuntque; quare inter Doctores omnes Synagogæ, ingenii indeole & discretione præstant.

Tres priores Doctorum classes à Moysi usque ad captivitatem Babyloniam certum successionis gradum, sicut & doctrinæ, si quæ alia unquam, infallibilis traditionem constituant; universa enim ejus auctoritas non ex alio repetitur, quam è Spiritu Sancto Doctores ejus successoris fin-

gulos afflante. Quamvis enim prona in fabulas Rabbinorum indoles tenebris quibusdam asperserit successionem Patrum magnæ Synagogæ; veri tamen genuina traditio nis radix internitent, cum ad eam usque ætatem Israel vera esset Ecclesia, nec specialis Sancti Spiritus Providentia ejusdem Ecclesiæ Optimates penitus defituisse.

Verum post Jesum Christum, Urbemque Metropolim à Romanis evergam, passim teñebrae, fabellæ, & doli Historiam Hebraorum invalerunt, è quibus alta rerum ignorantia in eorum Scholis, in mentibus caligo. Lumine enim Sancti Spiritus destituti, plenâ etiam in lace cacutire coguntur, & spætra quædam sectantes, veritati, quamquam aliqui prona, & nullib⁹ non se eorum manibus offerenti, terga vertunt. Sive enim quis Libros spætarerit, quorum illi post Scripturas autoritatem suscipiunt, ut Misnam, Gemaram, Thalmudes, Targumin, sive Commentarios in eosdem Libros abillis scriptos, sive Historias, vel interpretationes Scripturarum, sive de Dogmatibus scriptas controversias, inferata omnia anilib⁹, & plusquam puerilib⁹ fabellis deprehendet. Undique sese lectoribus in gerunt argumenta gentis pervicacissimæ, quæ criminum suorum merito, stolidæ mentis ludibriis relicta est.

Porrò corrumpendæ doctrinæ atque minima Hebraicarum scholarum gloria prima ratio, insitæ genti in errorem pervicacia accepto referenda est. Postquam enim in tantam prorupit audaciam, ut Jesum Christum repelleret, ipsa viciissim à Deo & veritate repulsam passa est. Alter exinde corruptionis fons erupit, defectus nempe infallibilis auctoritatis, quam opinio num suarum certam regulam sequentur; cum interim insitis præjudiciis & magistræ errorum ignorantia in sinistra raperentur. Ex quo nempe concedere S. Spiritum doctrinæ hominum coegerunt, divinis traditionibus substituerunt humanas, & privatorum doctorum opiniones veterum Prophetarum ejusdemque Moysis auctoritati preposuerunt; dissidium, error, pervicacia & ignorantia omnia illorum invasit.

Cum interim Ecclesia Catholica contraria plane agendi ratione fidei depositum sancte servarit, ac Doctrinæ unitatem & veritatem in omnibus studiis dogmatibusque suis affererit.

579

## DISSERTATIO DE RE VESTIARIA HEBRAEORUM.

**D**uo potissimum vestium genera apud veteres Hebreos spectantur; tunica nempe & pallium, quærum illam subuculæ loco habebant, pallio pro extimâ veste utebantur. Nec alia erat familiaris vestiendi ratio apud Ægyptios, Persas, Babylonios, Gracos, & Orientales plerisque, mares æquæ, & foeminas. Quanquam muliebres vestes, ac maximè pallium, alterius essent à virilibus formæ; & cum raro foeminae eodem pallio utebantur, id est ab Herodoto assertum legitimus, Ægyptias foeminas unicâ tantum veste usas, cum viri duplice habent (<sup>t</sup>).

Tunica simul & pallium vestes illas componebant, quas Scriptura par vestium seu mutatoria vestium, integrum nempe absolutam veste appellat. Ita Naamanum dono obtulisse Eliseo legitimus 4. Reg. 5. decem mutatoria vestium, nempe decem tunicas cum pari numero palliorum. Cum verò non idem ac nostrorum temporum usus per eam ætatem obtinaret, ut vestes forfice componerentur & acu, neque toutes mutarent vestiendi mores, plures in usum paratas vestes, sicut manus alis tradendas, divites in suis vestiariis reservabant. Nostrâ etiam ætate apud Turcas obtinet, ut Legati Principum, cum abunde licentiam ab iisdem Turcis petierint, vestimentis donentur.

Moysē referente legitimus, primavos mortali patres amplioribus quibusdam tunicis è foliis sicutum pro veste usos (<sup>u</sup>), quas deinde Deus in tunicas pelliceas reformavit (<sup>x</sup>). Hac primorum mortalium res vestiaria tanti⁹ obtinuit, quandiu lumen, lana, & gossypium concedere rude illud vestium genus non cogit. Creditur Nohema foror Tubalchaim [<sup>y</sup>], eadem facile quæ veterum Minerva, omnium prima nendi artem, simul etiam telas pannosque conficiendi, inventisse; sed ita in morem concessum est, ut primavæ etiam pellicei vestes retinerentur, quemadmodum ex Levit. 11. 32. & 13. 48. 49. 51. 52. & 15. 17. Num. 31. 20. intelligimus. Prophetæ maximè pelliceis vestibus delectabantur (<sup>z</sup>); nec insuetæ erant aquæ Persas, Gallos (<sup>a</sup>), Scythas (<sup>b</sup>), Æthiopes, Ægyptios, Arabes, quorum plerisque nostrarum etiam ætate eadem vestiendi consuetudo manet.

Vulgares tunicae lino gossypio constabant; utriusque enim generis parent in. 2 Hebr. 11. 37.  
Gr. 4. Reg. 1. 8.  
a Cesar. Com-  
ment. 1. 6.  
b Juh. 1. 2. Se-  
nec. epist. 90.

Dissert. Calmet. Tom. I.

c Levit. 16. 6.

descriptione vestium Sacerdotialium, & Leviticarum apud Hebreos. Mentio ibi de tunicis lineis, Hebraicæ Bad (<sup>e</sup>), de carbafinis, Hebraicæ Sibæb, quas tamen è gossypio potius textas, ad Exod. 25. probavimus. Nec inviti concederemus aliquem, fuisse, sed rariorem lana usum in tunicis.

Quæ leguntur Gen. 37. 3. de tunica Joseph, & 2. Reg. 13. 8. de tunica Thamar filiae Davidis, mirè torquent Interpretes. Hebraeū enim habet tunicam *passim*, quod Septuaginta, & S. Hieronymus vertendum maluerunt tunicam *polymitam*; alii reddunt vestem pluribus pannorum laciniis variis colorib⁹, alii tandem tunicam opere phrygio ornatam. Moyse de industria observat, hanc tunicam à parente Jacob filio Joseph paratam, quid eum præ ceteris fratribus amaret; ex quo atrox invidia in puerum apud alios fratres conflata. Author Libri Regum indicat, è tunicâ promore regii generis feminarum Thamarem indutam.

Non inviti credimus, tunicas *passim* ejusdem fuisse generis cum iis, quibus Principes foeminae hodieque in Oriente utuntur; conflant autem longioribus quibusdam subuculæ è tela, radis, vel lineis alterius coloris distinctâ, & sèpè auro, argentoque varia. Virilis infra genua non obtinet, quemadmodum & manicis est brevioribus, nec infra cubitum; muliebres longior, & manicis ad oram amplissimis, inde vero ad humeros usque sensim distinguitur. Aquila pro tunica *passim* reddit vestem fragulatan; Symmachus tunicam manicatam. Herodotus tunicas Ægyptias lineas esse narrat (<sup>d</sup>), ad extremam oram laciniis ornatas.

Alterius etiam generis tunicas, strigas vel ardæ vocant, in usum Sacerdotum legimus Exod. 38. 31. Ambiguae originalis voces Interpretes inter se committunt; alii enim vestem ornamentis, & laciniis dividunt reddunt; alii auro, gemmis, vel unionibus variatam; alii disseminatam pictis oculis vestem, inflat caudæ pavonis; alii verò vestem radis quibusdam, vel aspera superficie scitè distinguunt. Nos in Commentario ad Exodus pro veste texture finioris, & foris polymitâ interpretati sumus.

Muliebres tunicae virilibus per omnia similes, nonni⁹ prolixitate, & ornamento genere distinguebantur. Quamvis enim utræque manicata essent, laciniis ornatae, amplioribus tamen, & tenorioribus foeminae utebantur. Hæc de illis produntur.

Dddd 2 Iti-

c Manil. Astro-  
nom. l. 4.

f Herod. l. 5.  
cap. 13.

g Jo. 18. 10.

h Act. 12. 18.

i Marc. 12. 38.  
Luc. 20. 46.

k Matt. 10. 10.

l Dan. 2. 9. Jo.  
20. 12. Act. 1.  
30.

m Vide nostr.  
Comment. ibid.

Itinerantes, dictis ea de re Veterum per omnia adstipulati. Ferventis regionis clima leviores, amplioreisque tunicas exigebat (e).

*Et Syria Gentes, & laxo Persis amictu,  
Vestibus ipsa suis barens.*

Sacrificium Antonini filii Moesè Halagabalo Numini oblatum describens, ait Herodianus: Mythis exta vestimaruū ferentes stragulis tunicis amictos, & manicatis instar Phenicum, distinctis in medio purpurea quadam linea, seu forte purpurea quadam Zona adstrictis; verbis enim ambiguis (f) utitur.

Cum domi se continerent, stragula vestem fluere permittabant; domo exentes, sive in agrum tendentes, sive itineri sese accingentes, ne longior vestis impedimento effet, sive fluentem reducebant, sive cingulo adstrictam coerebant. Jesus lavandis pedibus Apostolorum sese compones, deposito pallio, linea balthico tunicae cinxit (g). S. Petrus in carcere detentus, accingere se ab Angelo, assumptis quæ scandalis abire jussus est (h). Jesus Christus vito veriti Pharisæis, quod stragulis vestibus, sive tunicis sese ostentarent (i), superbia sua fomentum, eamque, quam supra exterios affectabant, auctoritatem vestium gravitate querentibus. Interdum alia super aliam tunica addebat, maximè algente hyeme; ita cum Sacerdos Caiphas loquentem Jesum audivit, quasi blasphemantem ferre non posset, vestimenta sua, seu tunicas suas scidisse tradidit Marc. 14. 63. Iter habentes suas habebant matatorias vestes, à quibus tanquam superfluis abstinendum mandans Jesus Christus, vetat Apostolis, ne duas tunicas deferant, sed uni se Providentiae totos committant (k).

In tunicis album colorem amabant; quod spectat illud Eccles. 9. 8. ad iucundioris vite amatores: *Omnī tempore sīt vestimenta tua candida.* Nec aliā, quam candidā vestie insignis curruque vescus Salomon ipse prodibat, testante Josepho Antiq. 1. 8. c. 2. atque suffragante Iesu Christo, qui Matt. 6. 28. universam Regis illius gloriam multum liliis (floribus) fane digni candore, intentibus concessisse perhibuit. Angelos plerunque candida vestis distinguebat (l); nec solemnes Terapeutarum vestes, teste Philone de Vita Contemplativa, alium colorem præferabant. In conspectum Domini venturus populus lavare, ac mundare vestes à Moysi jubetur. Apud Ægyptios, Babylonios, Græcos remotissimæ antiquitatis mos ille in Festis obtinebat, de quo Horat. 1. 2. Sat. 2.

*Ille reportia, natales, alio/ve dierum Festos albatus celebret.*

Interdum apud Hebreos tunicæ erant inconfutiles ad textrinam elaboratae. Hujus generis spectabant tunicae Sacerdotales, & tunica Iesu Christi, quemadmodum de illis in Exodo 28. de altera vero ex S. Joanne 19. 23. intelligimus (m). Ejusdem operis tunicas simplices, & modicis

aded impensis paratas, ut intra mensam à muliere conficerentur. Sacerdotibus Plato de Legi. 1. 12. præscribit. In lecio ita cubant Hebrei, ut nullâ tunicâ (n), aliâve vesti corporis nuda protegant, quod à nostra aetate alienum, in tota antiquitate apud ceteras etiam gentes spectatur. Claufa undique tunica & in superiori tantum parte seisa, inferto per foramen capite inducebatur.

Cum ad agendum aliquid, sive ad iter habendum sese intrubebant, cingulo adstricte tunica corripiebatur. Porro cingulum varium erat pro dignitate singulorum pretium. Magnificentissimi Optimates & divites utebantur. Pro Sacerdotibus prolixa, latiora, polymita, nec infirmi pretiti, quemadmodum hodie etiam apud Orientales obtinent (o); principibus viris non dissimilia erant, quamvis pretio majora, adstrictumque tenebant, inter tunicam nempe & cingulum, ensim vel gladium. Mulier fortis, de qua Proverbiorum 31. 24. pretiosi operis cingula à se contexta Phœnicis Mercatoribus vendebat. Constatibant autem lino opere phrygio, auroque distincto. Zonis aureis accinctos Dei Filium Angelosque S. Joannes in Apoc. 1. 13. & 13. 6. spectavit. Pro crumenâ cingulo interdum utebantur, quod tum è pluribus Scripturis (p), cum ceterorum populorum exemplis intelligitur.

Prophetæ & tenuiores quique pelliceis cingulis utebantur, quemadmodum de Elia & S. Joanne Baptista memoriarum proditum est (q); quin & funibus in lugendis funeribus adstrictos Veteres colligimus ex Iai. 3. 24. *Et pro zona funiculus*, ait ille ad filias Sion. Cum triste aliquid accidisset, facie accingebantur. Mandat Deus Iai. 2. 2. ut sublato è renibus sacco, nudis pedibus ambulet, quod scilicet tristis eo habitu futuram Ægypti captivitatem designet. Porro eam vestium aperitatem affectabant Pseudo-Prophetæ, quod credulæ populi ostentatione vitæ rigidioris imponerent (r). Cæterum in fervidis regionibus commodissime accidebat tenuiores agrestibusque viris, ut omni vel ferre omni vestium pondere relevati, sive in privatis ædibus sive in agro vim æstus tolerarent (s). Plerumque omni vesti nudata captivorum utriusque sexus corpora, quod quidem ingenuis foemini molestissimum erat, & mulierib[us] fastui deprimente perquam incommodum, qua de re crebra Prophetae in illas mitte (t).

Femoralia apud nostre etatis foeminas Orientales obtinuerunt; sed hujus moris apud Hebreos veteres nulla apparent vestigia. Sacerdotibus quidem ad Altare ascendentibus Moyses Exod. 28. 42. & 39. 27. præscribit; Hebreis etiam omnibus postum erat in modis agrestes excedentes, sive in colenis quoddam genus adhiberent, quibus renum nuda & coxendicum quoque protegerent. Jeremias 13. 1. iussus à Domino in specu quodam ad Euphratrem cingulum suum sive femoralia occultavit; nec aliud forte vestium genus insinuatur Act. 19. 12. ubi

n Cant. 5. 3.  
*Expoliavi me  
tunicā meā,  
quomodo in-  
duar illā?*

o Exod. 28. 4.  
39. & 39. 5.

p Matt. 10. 9.  
Mar. 6. 8.

q 4. Reg. 8.  
Matt. 3. 4.  
Marc. 1. 6.

u Vide Num.  
15. 38. &  
Deut. 22. 12.

x Matt. 9. 20.

y Matt. 23. 5.

z Soph. 1. 8.

s Vide 1. Reg.  
19. 24. Job. 24.  
9. 10. Iai. 20.  
2. Michae. 8.

t Iai. 3. 17.  
& 20. 4. Je-  
rem. 13. 26.  
Thren. 4. 21.  
Exech. 16. 37.

ubi

ubi præsentissimum fuisse morbis remedium legimus sudaria, & semicinctus, contactu corporis Apostoli consecrata. Lino plerumque nativo colore confabant.

Puellis familiæ erant ansulæ, sive zonæ sinum & pectus stringentes; *Fastigia pectoralis*; incertum tamen cuius forma & materiæ. Hebreum petigil Iai. 3. 24. quod S. Hieronymus & Symmachus reddunt fasciam pectoralem, apud Septuaginta est, tunica clavata purpurea; apud Aquilam cingulum exultationis. Quo vero loco Jeremiah 2. 32. S. Hieronymus habet fascia pectoralis, vis Hebraici vocabuli sonat potius monile, sive anulas; & facile idem est quod apud Veteres redimiculum, vel succinctorium, exhibeturque in tabula Isidis. Porro genus est prolixioris zona, qua collum complexa & per scapulas defensans, supra pectus & infra mamillas decussatur; tunica utriusque oræ ad lumbos amplexu, velut cingulo quodam muliebre tunica ad pedes usque pertingens adstringitur; sed de illa fuisse ad Exodum actum est.

Exstum vestem viris potissimum familiarem pallium exhibebat, laneum illud plerumque, sive pelliceum, colore vario. Preciosissima purpureo sive rubro saturo nitabant. Duo hominum genera, pauperum nempè & locupletum, indicans Eccli. 11. 4. his potissimum characteribus utroque designat: *Ab eo qui utitur byacintho & portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo.*

De palliorum forma apud Hebreos non satis convenient. Dominus distinguendam populum hereditatum suæ à cæteris ipsa vestium formâ decernens, jubet Hebreos ad quatuor pallii angulos vitas quadam hyacinthinas adjungere, ut & in vestium extrema ora fimbriam; nihil tamen de colore decernit (u); utrumque, ne unquam populum se Dei esse & filios Domini obliviscerentur. Porro eas fimbrias ne respuisse quidem Dominus ex historia Hæmorhoïs, tacu fimbriæ illius sanitatis restituta, apparat (x). Pharisei religionis sua ostendenda gratia amplioribus utebantur (y). Minitatur Doinus exercitum se furoris sui gladium in Israelitas, qui induit sunt vesti peregrina (z).

Facile creditur, eas, quas Scriptura appellat [a] summitates pallii, Hebr. alas pallii, nihil aliud insinuare quam angulos, quibus annexæ ansulæ. Saul arreptus pallii Samuelis alis, virum abeuntem moraturus, vi in diversa trahentium abfessilis tenuit (b). Saul interiora speciis, ubi David latitatibus, cum subfissi, clam ipsum Davidem alas pallii præcedentem ne sensit quidem (c). Hæmorhoïs furtim vestimenti Jesu Christi fimbriam tetigit; nec aliud sibi remedium ad sanitatem ægroti poscebat, quam ut vel fimbriam velimeti ejus tangere. Pallium Summi Sacerdotis, superiori foramine inferendo capitum instratum, gemina insuper alia addebat, ad utrumque latus unum, inferendis brachiis; in reliquis clausum. Pro ansulis ad quatuor latera oram pallii Sacerdotialis ornabant quædam poma granata phrygio

opere expressa, adjectis altero ordine aureis tintinnabulis (d).

d Exod. 28. 34.  
& 39. 24.

Judei recentiores ornamento quodam utuntur, quod pallio veteri substitutum facile credimus. Frustum est enim panni vel lini, quatuor ansulis ad latera instratum. Est autem duplicatum, cuius una pars anteriùs, posterius altera pendet,

e Buxtorf. Sy-  
nagog. c. 4.

Hæret autem scapulis amba illæ partes, fuscis quibusdam utrinque devincit. Vocitant ornamentum illud *barba canephota* (e), i. e. quatuor angulis sive quatuor veteris pallii similitudo, quæ proinde ad nostras tunicas, sive dalmaticas antrorsum & retrorsum pendent, atque in superiori parte foramine, inferendo capitum intrudita accessisse videtur. Nec sane ab eo vestis genere abusisse pallium videtur, nisi vittis ad quatuor angulos & lacinias in lymbo.

Hæc tamen pallii descriptio mihi suspicior arguitur. 1. Quod pallium Orientale quadrato est oblongo, facile in omnes figuræ transformando; potest enim in omnem sensum torqueri, potest infra & in scapulis complicari; potest eodem caput obduciri, ut in lectu, in pluvia, in æstu foliis; unco quodam heret infra collum pectori & scapulis. Uno verbo pluribus idem sufficit usibus. 2. Scriptura de pallio agens indicat, totum eo corpus protegi, velari & indui, sub pallio latere hominem, & assimi illud nullo negocio, statimque dimitti; quæ simul omnia numerum devincit corpori paludamento quadrant. 3. Tandem Thaled vel Thalet, quo Judei orantes in Synagogis utuntur (f), vetus illorum pallium referre videtur, nec multum à pallio Orientali nostræ etatis ab ludit. Nullo superiori foramine instruit, sed vel scapulas imponit, vel capiti, sive ante oculos pendet, quod scilicet aditu rebus exterioribus prohibito, mens intra se magis magisque colligatur. Quare maluerim huic potius ornamento veteris Hebraici pallii similitudinem vindicare, quam alteri *barba canephota*.

Pallium muliebre seu velamen, quod faciei obducebant, quoniam è domo in publicum prodirent, satis ab altero, de quo modo, distinguuntur. Rebecca in occulfo Isaac propiciens, statim faciem velavit (g); & Abimelech Rex Gerara intelligens Sarah à se raptam, conjugio cum Abraham copulatam, sororem tantum ipsius ante ratus, viro uxorem reficit, dono simul datis Saræ 1000. denariis argenti, quibus, ait, velum oculis tuis imponendum emas [h]. Thamar ampleriori velo testa, cum Juda incognita coivit (i). Jubet Apostolus foeminas non nisi capite obducito velamine in Ecclesiæ profiri (k). Quantæ autem illud esset amplitudinis intelligentius ex Ruth, qua non modicum frumenti ex Booz in pallio acceptum ad Socrum retulit. Omnia, qui Orientis loca peragrarent, testimoniò dicimus, foeminas earum regionum universas ampliori aliquo velo testas incedere; & Arabes quidem foeminas perpetuum ve-

la-

g Gen. 38. 14.

h Gen. 20. 16.

i Gen. 28. 14.

k 1. Cor. 11.

l. 5. 6.